

Commentariolum quædam de dysenteria, febris intermittentibus ac remittentibus medendis complectens exercitus castrenses, per certas anni tempestates, potissimum infestantibus / auctore Edmundo Sigismondo Somers.

Contributors

Somers, Edmund Sigismund, approximately 1759-1824.
Aberdeen Medico-Chirurgical Society.

Publication/Creation

Londini : Apud Longman, Hurst, Rees [et al.], 1816.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/qmrshagm>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

In usum Bibliothecae
Societatis Medicae Dorchesterensis

48996/B

6136
Som

/SOM

~~N 1 23~~

L. d. 6.

Spezialität von ...
in ...
...
...
...

1625

Opusculi sui Exemplar
in usum Bibliothecae
Societatis Medicae Devanensis
Animo offert liberatissimo
Auctor.

COMMENTARIOLUM,

&c. &c.

=====
Typis Johannis Reed, 26, Green-street,
Church-street, Blackfriars-road.
=====

ex

libris Societatis

COMMENTARIOLUM

QUÆDAM DE DYSENTERIA, FEBRIBUS INTERMITTENTIBUS

Med.

Libris Abredonensis

AC REMITTENTIBUS MEDENDIS COMPLECTENS

Exercitus Castrenses, per certas Anni tempestates,

POTISSIMUM INFESTANTIBUS *Sonnem*
Auctoris

AUCTORE

EDMUNDO SIGISMONDO SOMERS M.D.

Colleg. Reg. Med. Lond. Diplomatico; Acad. Reg. Hib. Socio; Societ. Reg. Med. Edin. Soc. Honor; Nosocom. Promont. Bon. Spei Rectore; Co-piis Reg. Brit. per annos magis viginti ex Medicis; necnon et

EXERCITIBUS APUD PENINSULAM SOCIIS

MEDICO PRIMARIO.



— “ QUÆQUE IPSE MISERRIMA VIDI ” Virg.



“ Hoc autem assiduo est dignissimum memoratu, propriam nimirum
“ cujuspiam Inventûs laudem successu potius consecratio quam impedimentis
“ devincendis æstimandam esse.”

Roscoe Vitæ Laurentii de Medici.



Londini :

APUD LONGMAN, HURST, REES, ORME ET BROWN,

Paternoster Row.

1816.

COMMENTARIUM

IN HONOREM DOMINI REGIS HENRICI SEPTIMI

AVGVSTI BRITANNIAE ET FRANCIAE

AVGVSTI ET AVGVSTISSIMAE REGINAE

AVGVSTISSIMAE REGINAE ANGLIAE

AVGVSTISSIMAE REGINAE FRANCIAE

AVGVSTISSIMAE REGINAE

AVGVSTISSIMAE REGINAE ANGLIAE

AVGVSTISSIMAE REGINAE FRANCIAE

AVGVSTISSIMAE REGINAE ANGLIAE

AVGVSTISSIMAE REGINAE FRANCIAE

AVGVSTISSIMAE REGINAE ANGLIAE

348076



NOBLISSIMO

ARTHURO, DUCI DE WELLINGTON, PRINCIPI DE WATERLOO

DUCI DE CIUDAD RODRIGO, DE VITTORIA, DE BRUNOY;

&c. &c. &c.

NOBILISSIMORUM, AURATÆ PERISCELLIDIS, BALNEI

CUNCTORUMQUE, ORBEM APUD CHRISTIANUM, ALTISSIMORUM

MILITARIUM ORDINUM EQUITI;

MARECHALLO BRITANNICO, LUSITANO, HISPANICO;

COPIARUM SOCIARUM GALLIAS OCCUPANTIUM

IMPERATORI SUMMO;

&c. &c. &c.

CUJUS NOMEN INCLYTISSIMUM AC PRÆCLARA FACINORA

“ MONIMENTA CERE PERENNIOA ”

GLORIÆ ATTRIBUTUM PROPTER EUROPAM BIS EMANCIPATAM

• SIBI MAUD MEDIOCRE QUIDEM VINDICANTIA


“ NON USITATA NEC TENUI ”

“ AD SERISSIMOS NEPOTES ”

“ FERENTUR PENNA ”

IMMO ETIAM “ POSTERA LAUDE CRESCENT RECENTIA ”

FULGORE SIBI PROPRIO LONGE LATEQUE CONCELEBRANDA;



Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b29330580>

HOCCE OPUSCULUM

DUCIS SUB IMPERIO EXORTUM

CONDITUMQUE AUSPICATISSIMO

QUIDDAM NOVI REM APUD MEDICAM

POMÆRIIS HYGIÆE AMPLIATIS, RETECTURUM ;

MILITANTIBUS PRÆSERTIM

AC PROINDE A MILITUM AMICI PECTORE HAUD ALIENUM,

SUA COLLATURUM MUNERA ;

QUIBUS PAR EST, OBSERVANTIA, CULTU, STUDIOQUE SINGULARI

INSCRIPTUM VULT DEDICATUMQUE

BENEFICIORUM NEUTIQUAM IMMÉMOR

GRATISSIMUS ATQUE DEVINCTISSIMUS

AUCTOR.

Londini,
22^o Oct^{is} 1816

ROYAL SOCIETY OF MEDICINE

1851

THE LECTURES

ON THE

ANATOMY

OF THE

INTERNAL ORGANS

OF THE

HUMAN BODY

BY

JOHN HENRY HUNTER

F.R.S.

OF THE

ROYAL SOCIETY OF MEDICINE

LECTURE

1851

COMMENTARIOLUM,

&c. &c. &c.



PROÆMIUM.

PAUCÆ quæ subsequuntur Observati-
ones ex amplo usu plurimaque experientia
emanavêre, fructui futuræ, quod quidem a-
veo speroque, Tironibus Medicis Disciplinæ
Practicæ jaciendo fundamentum; eos præ-
cipue designatos volo, quos Regi Patriæque
operam navare Militando ferat animus; in-
vestigationis ergo Theorematicæ subtili-
tates, quippe quæ apud Scholas ac Societates
Medicas, Arenam profecto sibi propriam,
jam satis cultús superque comparasse videan-
tur, mihi, quantum fieri posset, evitandas
studiosus existimavi.

Anno 1809 et deinde per biennium erat
Curationis meæ et Rectionis Nosocomium

Generale Ædibus Nuncii Pontificii Urbem apud Ulyssipolin, quod, meo sane rogatu, factum est Receptaculum trium circiter centum œgrotorum gravissimis morbis laborantium, Intermittentibus nempe Febribus, Remittentibus ac Dysenteriis. Per paucas ab initio hebdomadas ad remedia plerumque apud Dysenterias adhiberi solita decurrebatur, exitu autem parum secundo, multi enim inter sublevatos in stadium Chronicum degeneraverant, et exinde contractis noxios affectus Visceribus, miserrimi denique succubuerunt. Rebus ita sese habentibus, mihi mecum reputanti obvenire contigit, fieri posse ut, usurpatione Scalpelli Phlebotomi audacula subitaneaue, minus urgeretur, minus pessum corpus daretur, quam stillicidio sanguinis continuo et quantitate incerta ex superficie Intestinorum⁴ proveniente.

Sub tegmine igitur hujus ratiocinationis aleam Scalpelli Phlebotomi apud Dysenteriam experiri, habenis liberius ampliusque immissis, quam inter hujus Morbi Annales hucusque obtinuerat, obfirmatum habebam. In singulis proinde Dysenteriis recentibus Venæ iterum sectio atque iterum repetebatur, quamdiu per alvum sanguis apparebat evacuari, missionis iterationem copiamque idoneam gubernantibus nunquam non arteriarum pulsibus. Successus omnibus fere numeris absolutus atque cuncta spe melior e novello instituto indies emanabat.

Jacobus McGrigor, M. D. Eques Aurgatus, Inspector Generalis Nosocomiorum Peninsularium et Concilii jamjam Medici Militaris Rector Generalis, certior Experimenti auspiciatissimi factus, eo ipso studio quo Rei Publicæ semper consulere atque inservire haud segniter quidem assueverit, per omnes Stationes Medicas Inventum

commendatum diffudit, necnon adoptato ubicunque Remedio, omnibus quasi in exemplis, exitu præpollere quam faustissimo contingebat.

Quæ in hisce paginulis invenientur publici juris facere libens impellebat animus, eo ipso ut, quantum in me est, quos ex liberiori ac fortiori, quam hæctenus cognita, Medicaminis usurpatione compererim effectus, penitus, longius latiusque innotescant obviam ituris Morbo lethifero, qui Martis ipsius furibundi instar, vim Copiarum Militantium effectricem comminuere pessumque dare *antehac* consuevit.

De Febribus quædam disserturo, varia Dogmata de Causa Impetus Febrilis *Proxima*, tenebris scilicet ac caligine altissimis obvelata obrutaque, consulto prorsus mihi præteriri. Causas Prædisponentes atque Excitantes quam accuratissime comperisse ad præveniendos morbos plurimum,

iisdemque curandis nonnihil subinde auxilii afferre facile concedatur; trutinanti verum enimvero quantillulum, obvias propter causas, pro comperto habeamus *quo nimirum modo* Impetus Febrilis inducatur, argumenta Theorematica omnino rejicere satius porro tutiusque videretur; animoque diligenter Phænomena versus Febrilia intenso, iisdemque obstare atque occurrere per remedia quæ ab acervo Experientiæ jam pridem confirmatæ provenerunt, vel quæ, eadem illa nunquam non Magistra facemque prælucente, de die in diem proferri feliciter contingant.

DE FEBRE INTERMITTENTE.

Cullenus noster, venerandus ille Scholæ Medicæ hodiernæ Patriarcha, Paroxysmum Febris Intermittentis calamo depinxit tam fideli concinnoque ut me mihimet non minus equidem quam Lectoribus defuturum existimarem, si quamlibet meam ip-

sius descriptiunculam Publicæ obtrudere
 patientiæ fuissem ausurus; pace igitur ob-
 secratis veniaque, Historiam Symptoma-
 tum velut ab Illustrissimo Præceptore meo
 traditam adoptare ac Latiné redditam in
 hocce liceat transferre Opusculum.

Prim. Lin. Pag. 66, Sect, X.

“ Talem apud Paroxysmum Phænomena
 “ hujusmodi obtinere solita.

“ Œger, primúm, languore et debilitatis
 “ sensu, ab motu aversatione, pigritia,
 “ pandiculatione et oscitatione frequentis-
 “ simis corripitur.

“ Vultus simul artusque extremi palles-
 “ cere, oris decrescere lineamenta; moles
 “ omnium partium externarum sese con-
 “ trahere cutisque per totum corpus,
 “ perinde quasi frigore tacta, insigniter
 “ constringi.”

“ Ingruentibus hisce symptomatibus,
 “ extremæ partes judici digito alterius,
 “ minime autem ipsi ægro, frigidula sentiri.
 “ Tandem Æger frigoris sensum in dorso
 “ plerumque inchoatum ac deinde per
 “ omnes corporis partes diffusum con-
 “ queri; jam vero cutis tangenti calida
 “ percipi. Aucto frigore cuncti artus
 “ tremore, succussibus horroribusque
 “ trunci corporis occupari cruciarique.

“ Frigore ejusque effectibus per aliquid
 “ temporis increbrescentibus, omnia minus
 “ aspera evadere, ruboresque calentes in-
 “ vicem cum iisdem alternari. Paulatim
 “ frigus omnino dare tergum calore
 “ inusitato per omnes partes excipiendum,
 “ color cuticulæ reddi, vultus imprimis
 “ præter naturam rubescere; reducibus
 “ calore ruboreque cutis relaxari lævisque
 “ fieri; aliquandiu vero arida perstare;
 “ oris lineamenta aliæque corporis partes

“molem suam ordinariam induere, immo
 “etiam turgidiora quam pro solito
 “evadere.

“Auctis commoratisque per aliquid
 “temporis calore, rubore ac turgescencia,
 “mador in fronte patescere, gradatim ad
 “sudorem usque augescendus, per omnes
 “corporis partes paulatim pedetentimque
 “deorsum obrepturum; defluente affatim
 “sudore, calor diminui, breve post tem-
 “pus sensim evanescere, corpus ad solitam
 “restitui temperiem, muneribus ipsius
 “plerisque ad statum pristinum redeun-
 “tibus.

SECTIO. XI.

“Hæcce Phænomenorum series Paroxys-
 “mum tripartito distribuendi ansam sug-
 “gessit; in Stadium scilicet, *Frigidum*,
 “*Calidum* atque *Sudatorium* dividendo; in

“ horum decursu Munia plurima notabili-
 “ bus admodum mutationibus affici jam-
 “ jam subindicandis.

SECTIO. XII.

“ Obrepente primum languore pulsus
 “ Arteriarum quandoque tardiores, semper
 “ debiliores quam antea reperiri; super-
 “ veniente Frigoris sensu, exiliores, cre-
 “ berrimi ac sæpius abnormes fieri; re-
 “ misso Frigore, Caloreque superinducto
 “ ictus pulsum minus enormes, durius-
 “ culi plenique usque ad proruptum su-
 “ dorem deprehendi, quo affatim de-
 “ fluente, molliores, tardiores; omnino
 “ cessante, ad conditionem naturalem
 “ protinus reversuri.

SECTIO. XIII.

“ Respirationi porro non-nullæ muta-
 “ tiones exantlandæ; grassante Frigore,

“ spiritus exiliter, creberrime, anxieque
 “ trahi, nec tusse aliquando non stipatus;
 “ ingruente Calore, spiritus plenior, libe-
 “ rior evadere; haud parum vero adhuc
 “ frequens et anxius, usquedum defluente
 “ portulis apertis sudore, anxietas suble-
 “ vari, respiratio fieri minus frequens
 “ minus restricta, donec sudore demum
 “ prorsus cessante, ad pristinam omnia
 “ restitui conditionem.

SECTIO. XIV.

“ Necnon et Munia Naturalia suis objec-
 “ tari discriminibus; instante Frigore,
 “ cibi appetentia extinguui, haud prius re-
 “ versura quam de Paroxysmo actum
 “ fuerit vel sudor aliquandiu defluxerit
 “ uberius. Durante plerumque toto
 “ Paroxysmo non abesse solum cibi appe-
 “ tentia, verum ab omni etiam solido
 “ præsertimque Animalis nutrimento **Æger**

“ omnino abhorrere: provento longius
 “ Frigore; anxietas ac nausea vomitionem
 “ biliosam Frigori terminum, Calorique
 “ principium imposituram excitare; in-
 “ crescente Calore nausea vomitioque di-
 “ minui, Sudore affatim defluente terga
 “ penitus daturæ.

SECTIO. XV.

“ Per totum Paroxysmi decursum mise-
 “ rabilis urgere sitis, subsistente Frigore
 “ conditioni oris fauciumque siccæ ac glu-
 “ tinosæ, Calore autem, æstui per totum
 “ corpus permeanti, deputanda; defluente
 “ uberius fusiusque Sudore, os faucesque
 “ humescere, mox quidem sitis æque ac
 “ calor sensim profligari.

SECTIO. XVI.

“ Apud Glandulas quoque Secernentes
 “ nonnihil mutationis obtinere; quod a

“ secretis in ore saliva mucoque jam memo-
 “ ratis amplé--clarius vero ab Urinæ obser-
 “ vatione innotescat, quippe quæ durante
 “ Frigore sine nubecula sedimentove con-
 “ spiciatur; crudescente Calore rubicun-
 “ dior, nullo tamen adhuc sedimento
 “ prædita, evadat; mox defluxo liberrime
 “ Sudore, sedimentum lateritium, simile-
 “ que confecto per quoddam tempus Pa-
 “ roxysmo, depositura.

SECTIO. XVII.

“ Rarissime evenit, certos sed perpaucos
 “ Œgros Diarrhœa ipso ab initio divex-
 “ atos si excipias, Sellam Familiaricam,
 “ ante completum Paroxysmum, quo tem-
 “ pore fæces plerumque laxæ semel dun-
 “ taxat evacuantur, vix ac ne vix quidem
 “ necesse haberi.

SECTIO. XVIII.

“ Hisce mutationibus Glandulosis ad
 “ alia comitantia Analogice collatis, sæpe-

“ numero animadvertere fas est, tumores
 “ superficiei, durante Frigore, derepente
 “ insigniter detumescere, sed plerumque,
 “ haud semper tamen, subsistente Sudore,
 “ ad pristinam redigi molem assuescere.

“ Ulcera itidem, grassante Frigore, ex-
 “ siccari, defluente autem Sudore, vel pe-
 “ racto Paroxysmo, pus rursus suum evo-
 “ lutura.

SECTIO. XIX.

“ Nec desunt interea Sensui ac Sensorio
 “ Communi suæ mutationes; ingruente
 “ Frigore, Sentiendi Facultas magnopere
 “ imminui; superveniente Calore, eadem
 “ prorsus restitui, immo etiam sæpius in-
 “ signiter adaugescere.

SECTIO. XX.

“ Quoad Intellectum; Attentio ac Re-
 “ cordatio, obrepente Frigore, et per totum

“ plus minusve Paroxysmum, difficiles
 “ fieri inconditæque; hinc quædam inter
 “ cogitandum perturbatio, nonnunquam
 “ ad delirium assurgens, evadere, quæ
 “ quidem aliquando instante Frigore,
 “ sæpius autem non nisi ante Calorem
 “ stabilitum, urgere solita.

SECTIO. XXI.

“ Verum enimvero Frigus interdum som-
 “ nolentia quadam stuporeque Apoplexiæ
 “ Veterivæ speciem æmulantibus intro-
 “ duci, commemorare hic loci haud alie-
 “ num videtur.

SECTIO. XXII.

“ Restat denique annotandum, capitis
 “ dolorem aliquando sub initio Frigoris,
 “ frequentius autem post Caloris accessum
 “ increbrescere, et tunc palpitatione in

“ temporibus strenua pro solito stipatum;
 “ perstare dolor usque dum Sudor proru-
 “ perit, hocce autem liberius defluente,
 “ paulatim evanescere; dolor capitis dolo-
 “ ribus dorsi majorumque articularum sti-
 “ pari, cursum eundem finemque exper-
 “ turis.

SECTIO. XXIII.

“ Hæc sunt omnia aut præcipua saltem
 “ quæ in Paroxysmo Febris intermittentis
 “ sese ostendunt Phænomena, usitato con-
 “ cursu, ordine atque successione desig-
 “ nata. Quod Historiæ hujusce ad sum-
 “ mam attinet; varia Phænomena differen-
 “ tibus in exemplis diversè admodum sese
 “ ostendere, animadversu haud indignum;
 “ seriem eorum plus minusve justam con-
 “ cinnamque fieri; necnon et varias partes
 “ vel stadia, unum ab altero, quoad variam
 “ rationem certa temporis intervalla occu-

“pantium, posse inter sese nonnihil dis-
“crepare.”

CAUSÆ PRÆDISPONENTES.

Habitus corporis imbecillus; fibra re-
laxata; diæta pertenuis, macilenta, parum
nutriens; nimia Venus; defatigatio; debi-
litas e morbis prægressis exorta; affectus
animum deprimentes, quales sunt metus,
luctus, terror, &c.

CAUSÆ EXCITANTES.

Miasmata paludosa; Effluvia e vegetabi-
libus putrescentibus oriunda; Plaga hu-
mida, nebulosa, qualis fluminum ripas
viciniamque supernatare solita.

RATIO MEDENDI.

Ut medeamur Febribus Intermittentibus
ad indicem triplicem decurrendum est:

1. Stadium Frigidum interscin-
dere vel omnino ablegare,
2. Paroxysmi recursum prævenire,
3. Tonum Systemati restituere,

} Oportet.

Prima indicatio ratione sequenti sæpenu-
mero complebitur.

Appropinquante Frigore capiat *Æger**
Misturæ Emeticæ cochleare unum vel 3̄6
singulis quindecim temporis momentis
donec plena vomitio cieatur, affatim interea
superbibendo florum Chamæmeli Infusum
nauseosé tepidulum. Confecta Emetici
operatione, Balneo tepido per pauca momen-
ta submittatur, inde lecto recipiendus nu-
dusque laneis involvendus stragulis. Sub-
ministratis identidem Hordei decocti calidi

* Appendicem.

poculis, sudor per nonnullas deinde horas plerumque subsequetur, Paroxysmum omnino forsitan amandaturus, vel saltem, interscisso Frigore, intermissionem amicam utilesque inducias donaturus.

SECUNDA INDICATIO.

Tranquillis jam tandem Arteriarum pulsibus, corporeque ad justum caloris gradum redacto *Haustus Tonicus secunda quaque hora exhibeatur.

Quo magis interim meliusque consilio Medicaminis opitulemur, exercitatio, præsertim equitatio, ac diæta nutriens immo etiam lauta cum moderato vini meracioris Lusitanici usu præcipiantur oportet.

Medici est Ægrotantem admonere ut, quo sese habeat modo diebus subsequenti-

* Appendicem.

bus eadem circiter hora qua morbus aggressus fuerat diligenter animadvertat, et quodocunque Frigoris instantiam præsentiat, sit in promptu *Haustus Prophylacticus e vestigio perpotandus; sudor exinde uberrime profluere.

Remedium hocce potens expectationem perraro fallit; notatis deinde quæ supra designantur conditionibus, ad Haustum Tonicum longioribus exhibitum interval-
lis, equitationem, lautum nutrimentum &c. recurrentum, neque prius absistere oportet quam duplex aut triplex impetûs formidolosi periodus innocua præteriverit, vel octo decemve dies omni febricitatione immunes fuerint prætergressi.

Si Haustus Tonicus Ventriculo rejiciatur aut alvi moveat profluvium, duæ vel tres guttæ Tincturæ Opii singulis ejusdem dosibus immiscendæ.

Lac serosum, utpote vehiculum, rejecto per usitatiores exhibitionis modos Cinchonæ pulvere, ex voto succedere repertum.

Quasdam apud Intermittentes, ubi ventriculi irritabilitas Cinchonam respuebat, Doctor Vetch, Exercitui Britannico e Medicis, ex sententia successit hoc pacto; Infusi Cinchonæ turbidi singulis addebat dosibus grana aliquot *Kali Præparati, ingestaque succi limonum vel Aceti Distillati quantitate idonea, ipso effervescentiæ actu sumebatur haustus.

De variis Intermittentium speciebus disserere, quippe quæ ab iisdem causis exoriantur, similique medendi ratione, paucis quidem variatis, devincendæ sint, de ditâ prætermittere operâ omnino videbatur.

* i. e. Salis Absinthii.

AD INDICATIONEM TERTIAM

Persolvendam ꝑi Misturæ Cinchonæ ter quarterve quotidie administretur; equitatio sub dio; diæta lauta nutriensque cum gratissimo Lyæi Generosi auxilio; hujusmodi taliaque valetudinem faustissime redintegrandam haud immerito polliceantur.

FEBRES INTERMITTENTES
CHRONICÆ.

Quod ad Chronicum attinet Intermitterentium gradum, animadvertere liceat, quædam Abdominis Viscera in cunctis harum fermè exemplis noxios affectus contraxisse, hujusmodi igitur Ægrotantibus pauxillulum sane levaminis expectandum, nisi forsan mutatio ad Cælum Anglicum similemve temperiem Britannis nonnihil prodesse videatur, quæ, adju-

-vante itinere Marino, ad Munia eos Præsidaria vel similia fungenda aptos redditura sit.

Interea temporis quando Cinchona quidem vi caruerit Medicatrice, immo etiam stadia apud nuperrima nonnihil fortassis detrimenti attulerit offeceritque, ad Regimen *Boli Mercurialis, Frictionumque ad Tonsillas usque serio occupatas confugere haud alienum porro videretur.

Plurimas apud Intermittentes Typos abnormes indutas periculum Liquoris Arsenicalis liberrimum institui, agnoscendum autem nullum exinde secundiorem eventum annotare mihi contigisse; Paroxysmi nimirum vi atque diuturnitate repressi, verumenimvero actio ejusdem fluxa fragilisque ne unum etiam curationis exemplum præbuit, quamvis dosin ipsius

* Appendicem.

usque ad guttas viginti quinque ter indies
(additis Tincturæ Opii (*Laudani Liquidi*)
guttis quinque ad palatum ventriculumque
conciliandum) amplificare fuerim ausus.

Doctor Dancer, in Tractatu suo de Mor-
bis Insulæ Jamaicæ, animadvertit, Liquo-
rem Arsenicalem Intermittenti Chronicæ
Occidentali mederi, attamen hospitem
pernicialem intromittere, debilitatem nem-
pe generalem, miserrimos Mortales om-
nibus quasi in exemplis e medio sub-
laturam

“ Incidit in Scyllam qui vult vitare
“ Charybdim.”

DE FEBRE REMITTENTE.

Instante Paroxysmo languor plurimus,
debilitas et lassitudo extrema sentiri;

frigoris Gradus leviusculus aliquando obtinere, quæ excipiunt Vertigo, Dolor capitis totumque per corpus, magna Præcordiorum anxietas, nausea; hæc symptomata raptim ingravescere, cutis incallescere, urgere sitis, lingua albescere, gustus in ore amarus, oculi rubicundi, prominentes lucisque impatientes, nausea, materieique biliosæ, mucosæ, viscidæ vomitio, oppressionis sensus dolorque regionem circa Ventriculi, respiratio frequens, anxia et laboriosa usque ad suspiria luctuosa, miseranda; Arteriarum pulsus duri plenioreque cum propria sibi repercussione, haud aliter quam si ictibus singulis vis quædam vibratoria vel duplicata inesse videretur; extrema virium labefactatio.

Hæc symptomata per sex, duodecim ac nonnullis in exemplis viginti quatuor horas increbrescere, quando Remissio evenire

haud universè quidem per complures horas permansura.

Neque alter nec subsequentes Paroxysmī a Frigore introduci, reliqua autem intendi symptomata, necnon aliquibus in exemplis rarioribus Exacerbationes Remissionesque duplices intra viginti quatuor occurrere horas. *

Febris Remittens adversarius est formidolosissimus, et, nisi mature admodum strenuèque ipsi obviam eatur, Fatum plerumque haud dubium accersitura,

CAUSÆ PRÆDISPONENTES.

Apud Plagas calidiores, Defatigatio; post multum laboris Ebrietas debilitatem introlatura.

CAUSÆ EXCITANTES.

Expositis Soli ardenti Miasmata Paludosa; Effluvia e Vegetabilibus putrescentibus oriunda.

Mecum mihi quidem pensitanti quam frequentissimè Febres Remittentes atque Intermitentes Typos invicem suos inter sese commutare—Remittentes iis præsertim mensibus quibus Intermitentes Endemicè grassantur, increbrescere—necnon et utrumque morbum eidem prope Mendendi rationi concedere—per Inductionem inferri videretur ambabus agnoscendas esse easdem quasi seu Prædisponendi sive Excitandi Causas, Debilitatem scilicet et Miasmata ex Paludibus, Effluviaque è Vegetabilibus putrescentibus oriunda.

Quod Typum sibi proprium singulæ ab initio induerint explicari forsitan valeat,

varia varios apud Mortales ad suscipiendum Virum morbificum proclivitate;— vel fortassis Miasmatum Effluviiorumque statu plus minusve diluto; satis enim innotuit eadem majore aut minore vis nocivæ gradu pro rato a scaturigine intervallo præpollere.

CONSILIUM MEDENDI

Triples est;

1. Remissionem quamprimum inducere,
2. Paroxysmi recursum prævenire,
3. Tonum Systemati restituere,

Oportet

Recolligendo quam sæpissimè miram Affusionis Aquæ Frigidæ potentiam ad conciliandam instanter Febris Remis-

sionem animadvertere contigerit, nullus dubito quin hocce Remedium veluti summo opere efficax in Remittentium medela jure debito celebrari queat.

“ Primam meruit quod laude Coronam.”

Ad hoc medicamen, cujus defunctus Doctor Jacobus Currie, de Liverpool, ingenio admodum limato promptoque insignis, Medicos primus certiores fecit, apud *flavam* uti nuncupatur, Febrem Jamaicensem sæpe sæpius decurrebam, ac semper fere, comparentibus ineunte morbo Ægrotis, ex sententia feliciter omnino eveniebat.

Sed tantus Militum Gregariorum animis adversus Nosocomia inhærebat horror ut cum Morbo ad extremum usque sine questu colluctarentur; quam propter pertinaciam crimosam, postremo receptis critica ad Frigidæ Affusionis exhibitionem momenta

evanuerant, neque Caloris Animalis gradu nec circuli sanguinei impetu experimenti faciendi donantibus facultatem.

Atque hic loci commemorare liceat, deducto ex innumeris Œgrotis quos Febre Flava laborantes per Biennium visitare contigit argumento, stare mihi animo confirmatam sententiam, istum Morbum minime esse Contagiosum.

Plagas apud minus calentes, grassante Remittentis Paroxysmo, ea, quibus ad faciendum tutissimò Affusionis Frigidæ periculum opus est, plerumque supeditantur; hæc sunt, cutis ardor, calorem sanguinis, videlicet noventa octo Scalæ Fahrenheitianæ gradus, exuperans; pulsus Arteriarum ad noventa ictus vel altius intra momenti temporis spatium adaucti, necnon et superficies corporis perspiratione immunis. Apparatus idoneus sim-

plex est atque in cunctis Nosocomiis Generalibus et Legionariis in promptu facillime futurus; Dolium scilicet magnum Balnearium ad lectuli fulcrum apponitur, intus sella, ubi collocatur Ægrotans nudus; jamque per scalas a tergo strenuus Ministrator ascendat, creberrima successione aquæ frigidæ copiam e magnis situ-
lis in caput deorsum humerosque pleno rivo mox defusus; subjectus per duo triave temporis momenta huic Cataractæ Ægrotus lecto recipiatur; tum quidem Medico annotandum fore, dolores capitis, dorsi lumborumque terga penitus dedisse, sitim caloremque instanter subsedisse, pulsum Arteriarum crebritatem ad septuaginta circiter intra temporis momenti spatium redigi ictus, lenem per omnes partes obrepere madorem, omnia gratissimam reducis sanitatis fiduciam imperitura.

INDICATIO SECUNDA.

Jam vero, rebus huc usque faultricibus, ad recursum Paroxysmi præveniendum, ansa porrigi opportunissima Cinchonam (quo supra modo de Intermittentibus medendo memoratum) diligenter subministrandi; tenuis sit diæta per tres quatuorve subsequentes dies, dum Febrem interea omnino evictam colligere liceat.

Recurrentibus altero pluribusve Paroxysmis, tantis recurratur vicibus ad Affusionem Frigidam, animo ad calorem corporis, statum Arteriarum pulsuum cutisque idoneos nunquam non intensissimo.

Alvo adstricta ad Enematum laxantium, emollientium opem levamine gratissimo confugiatur.

INDICATIONEM TERTIAM

modo, quo Convalescentibus ex Febre Intermittente opitulamur, simili assequemur.

Affusionem Frigidam apud Paroxysmi Intermittentis stadium Calidum quatenus experiri fas?

Uti lux tanto affulgeret Desiderato Dr. Currie experimenta quædam, nec sine felicissimis auspiciis instituebat; non temerè igitur e periculis hujusmodi salutaribus magis magisque multiplicatis Hygiæ Pomœria indies ampliandi spem alacrem concipiamus.

DE DYSENTERIA.

Historia Morbi.

Ægrotans jam inde ab initio dolores apud ventrem paulatim auctos conqueri:

cruciatibus intestinis, torminibus, tenesmo, eructationibus acerbis exagitari; miserabilibus ad alvum exonerandam conaminibus, pauxillum tamen non nisi egesturus, divexari; colluvies sanguineo-mucosa, spumosa, viscida, naribus invississima, infestissima, excerni.

Ista fæcum species globosa obdurata, quæ Scybala nuncupatur, ab Ægroto, hæud tamen sine quodam dolorum levamine aliquando evacuari; vehemens circa præcordia anxietas, languor, oppressionis sensus, nausea, vomitus, urgere; calor corporis augescere, Arteriarum increbrescere pulsus, oculos suffundi, albescere lingua, sensim infuscanda deinceps nigritura, labefactari prosternique miserabiliter vires.

CAUSÆ PRÆDISPONENTES.

Regio Calidior; Tempestates Æstiva et Autumnalis, præsertim post longum Caloris Aretudinisque intervallum.

CAUSÆ EXCITANTES.

Frigus superficiei corporis, per vestimenta imprimis madida, admotum; vel post exercitationem validam calefacientem, aquæ frigidæ haustus; quo pacto perspiratio sensilis insensilisque supprimitur, ad Tubum Intestinum introvertitur, ubi, ex Aeris ambientis regnante indole propria, in Acorem convertitur peculiarem, Virus sui generis fieri, inflammationem apud vascula Intestinorum superficialia indeque mox Hæmorrhagiam excitaturus.

RATIO MEDENDI

Triplex amplectitur consilium ;

- | | |
|--------------------------------|------------|
| 1. Inflammationem localem sub- | } Oportet. |
| ducere, | |
| 2. Alvum exonerare fæcibusque | |
| conservare liberam, | |
| 3. Tonum Systemati restituere, | |

Efficaciam sequentis Instituti apud exempla Dysenteriae recentis innumera proximum per septennium omnibus ferè absolutam numeris experiri mihi contigit.

Mittebatur illico sanguis e brachio ad uncias z^{xvj} ; hora dein circiter peracta sumebatur tribus brevibus intervallis *Solutio Laxativa; Pomorum in terea, Hordeive aut Oryzæ decoctum super affatim bibebatur; vestimenta lanæ per

* Appendicem.

totum induto Œgro; sub noctem per quindecim vigintive temporis momenta balneum tepidum exhibebatur.

Studium interim Ventilationi ac Munitiei nunquam non intensissimum; fæces extemplo longe amoverentur humoque altius sepelirentur; Sellæ Familiaricæ singulas post evacuationes aqua primum calida dein frigida sedulò perluerentur; variaque Nosocomii membra *Fumigatione Nitrica a Doctore Carmichael Smyth excogitata ritè lustrarentur, curatum.

Postero iterabatur Venæsectio ac paulo post grana quindecim Pulveris Doveri (Pulv Ipecac. comp. Pharm. Lond.) singulis horis per tres vices subministrata; stragulis laneis, addito etiam uno et altero opertorio, nudus convolutus, sudori profluenti per decem duodecimve

* Appendicem:

subjectus horas intereaque Hordei Decoctum, Infusum Lini vel aquam Oryzæ calida bibebat Œger.

Sub noctem poculum Ptysanarii Sago, Salep vel Tapiocha ad Œgrotantem refocillandum ritequè reficiendum porrigebatur. Postridie sanguine ex Intestinis adhuc profluente ac pulsum Arteriarum statu nunquam non gubernante, ad Venæsectionem recurrebatur, cum Solutione Laxativa prout die primo, vesperi Ptysanarii poculum, hora somni *Bolus Mercurialis. Quarto die, fæcibus etiam dum sanguine tinctis, iterabatur missio sanguinis ad uncias decem duodecimve cum Pulvere Doveri; sub noctem nutrimentum velut supra.

Post hanc periodum liberior sanguinis missio raro necessaria erat, attamen in

* Appendicem.

confesso obiter sit, facibus rubicundioribus viribusque pulsum Arteriarum quandantenus fautricibus, Scalpulum Phlebotomum nequaquam reponendum mihi quidem visum fuisse.

Doloribus ventris atque tenesmo quodocunque acriter urgentibus, e Balneo tepido generali per viginti temporis momenta exhibito spes levaminis vix ac ne vix quidem fefellit.

Eidem consilio inservire *Enema Amylosum.

Jisdem symptomatibus ad extremum usque increbrescentibus fasciæ lanæ Spiritu Vini Camphorato Opiive Tinctura calidis madefactæ, aut Sinapismi, vel demum Vesicatoria Abdomini apposita, efficax plerumque levamentum afferebant.

* Appendicem.

Quibusdam Dysenteriis recentibus si quando Febris Intermittens Endemica, quod nonnunquam accidit, superveniret, hanc e conspectu amittere meo, ictuque in Dysenteriam unam excogitato, sanguinem detrahendum videbatur, exinde sæpius eo ipso factum est ut Intermittens in lenem Febris Continuæ Typum descenderit, neque amplius consilio nostro primario obstiterit.

Apud Peninsulam videre mihi nequam obtigit Dysenteriam recentem Febre Typhode complicatam, quapropter ad Scalpellum Phlebotomum cum debita fiducia nunquam non decurrebatur.

Hac leni simplici que Medendi Ratione, sine urgendo nimis Œgrotantem, Tubus Intestinus e Diatesi inflammatoria quæ Febrem toti corpori Symptomaticam indiderat, expediri;

TERTIA INDICATIO

deinde autem sanitas vigorque equitatione modica, nutrimentis idoneis, sorbillis nempe lautisque jusculis, oryza, ovis coctis, jurulentis, quotidianoque Vini generosioris demenso, redintegrandi.

Interea Convalescenti uncia *Decocti Cardiaci *Tincturæve Chalybeatæ tertiis horis adhibita obfirmando stabiliendoque corpori prodesse haud parum invenietur.

Aliquibus causis Militia graviter urgente haud facile evitandis impellitur ut plurimi Dysenteria laborantes gradu Chronicismi ad Stationes Nosocomiales provectione compareant, quo pacto occasio matura imprimis desideranda in plenam Scalpelli Phlebotomi celebrationem jam infeliciter

* Appendicem.

præterivit; attamen, fæcibus cruentatis, Pulsuumque Arteriarum viribus quodammodo superstitibus, sanguinis e brachio missiunculas usque ad octo decemve uncias altero vel tertio quoque die commendare fert animus experientia edoctus; Bolus Mercurialis per tres noctes subsequentes Solutioque Laxativa quarto mane administrantur, Enema Amylosum pro re nata exhibeatur: necnon et *Bolus e Kino et *Mistura Catechu, ad Tonum Intestinis conciliandum, suum afferre subsidium.

Sanguine haud amplius inter fæces apparente, *Misturæ Gentianæ Cinchonæ et Quassiæ eidem consilio manum suam auxiliarem ultro porrigere.

Interea quod plurimis Dysenteria Chronica laborantibus obveniebat Phænomenon nodosum annotare proposito haud ali-

* Appendicem.

enum nostro esse videtur; hujuscemodi complures statu si non convalescente at nequaquam retrogrado, quippe quorum Pulsus, Perspiratio Portulæque Excernentes munia rite obibant sua, repente nec quid tale opinante Medico, intra unius horæ decursum animam efflavère.

Cupido rationem eventuum Fatalium adeoque subitaneorum reddere, hunc ratiocinandi modum usurpare forsitan licuisset: contactu Puris acerrimi superficiebus Viscerum nobiliorum per quoddam tempus admoto easdemque corrodente, unum eorum aliquid subito disruptum fuisse, inde vero fluidis extra vasa effusis, miserimos illico exhalâsse animam.

Atque hic loci Documentum egregium nostro præ cæteris Argumento Praxique “Decus et Tutamen” ex Operibus Immortalis illius nostri Sydenhami citare, haud sane inopportunum videatur.

“ Accidit etiam nonnunquam, licet raro
 “ admodum, ut Dysenteria sub initio non
 “ rite curata, particulare subjectum annos
 “ aliquot discruciet, integra sanguinnis
 “ massa Crasin quasi Dysentericam in-
 “ depta, unde acres calidique humores
 “ Intestinis continuò suppeditantur, Œgro
 “ interim singula Vitæ munia mediocriter
 “ bene obeunte.

“ Hujus specimen se mihi obtulit non
 “ ita pridem in Muliere quadam meis
 “ Ædibus vicina, quæ per tres annos
 “ *hujus Constitutionis* postremos hoc malo
 “ continenter exercebatur.

“ Cum remedia quamplurima esset ex-
 “ perta antequam ad me accederet, Venæ-
 “ sectionem tantum, missis cæteris præ-
 “ sidiis quibusque, celebrandam censui,
 “ quam ut sæpius repeterem, longioribus
 “ tamen intervallis, tum sanguinis color,

“Pleuriticorum sanguinis æmulus, tam
 “insigne illud quod post singulas vices
 “magis ac magis auctum sentiebat leva-
 “men, mihi addebant animos; cujus
 “ope tandem pristinam sanitatem conse-
 “quuta est.”

Syden. Dys. Ann. 1670, 1671, 1672.

Summam apud quosdam Auctores Me-
 dicos gratiam hocce Theorema obtinuit,
Dysentericæ scilicet in suamet ipsius essentia
Contagionem inesse Specificam, ingenitam.
 Huic Sententiæ Van Swietenio, Degnero,
 Pringelio atque aliis quibusdam in-
 clytissimis Medicis facilem commodare fidem,
 eidemque patrocinari Culleno illi nostro
 placuit, huic affimanti “*Dysenteriam sem-*
 “*per Contagiosam esse.*”

Prim. Lin. M. L. XXV.

Ausuro dissentire a Viris quorum
 erecta ingenia Operaque limatissima

Scientiæ Medicinali lumen Philosophicum affuderunt, haud mediocriter equidem diffidendum mihi autumo; testimonium nihilominus experientiæ propriæ meæ, neque paucis sane in exemplis semper sibi constantis, antepondere cogor; quatenus vero huc pertineat, haud tenui est nec parvulo oportet esse, solamini, quod corroborari suffulcirique mihi contingat coeunte Medici Illustrissimi auctoritate, cui, propter Historiam hujus Morbi calamo fideli delineatam Effectuumque ad suas Causas relatorum solertem indagacionem Respublica Medica plurimum devincitur.

Zimmermannus affirmat, Pag. 18 de Dys^a “ Cum Febris Putrida nonnisi sub
 “ certis conditionibus Tabifica sit, ita
 “ sane Dysenteria nostra per semet ipsam
 “ minime erat Contagiosa. Quamplurimos
 “ cum Ægrotis familiariter admodum,

“ sine aliquo prorsus sibimet ipsis detri-
 “ mento, viventes animadverti.

Iterumque Pag. 20. “ Mihi quidem
 “ videbatur nostram Dysenteriam ex illu-
 “ vie sola plurimisque in locum exiguum
 “ coarctatis, per semet ipsam vero minime
 “ gentium Contagiosam fuisse; quamvis
 “ enim multis eodem simul tempore labo-
 “ rare illâ evenisset, hocce porro Phæno-
 “ menon ab alia magisque universa causa
 “ omnes pariter complectente exoriri facile
 “ crediderim.”

Defunctus Medicus Johannes Hunter in
 Commentario suo egregio de Morbis Mi-
 litum apud Insulam Jamaicam hanc pro-
 fert sententiam, Pag. 177. “ Neque in
 “ Nosocomiis Jamaicensibus nec in Epi-
 “ demica quæ Annis 1799 et 1780 Londini
 “ obtinebat, Dysenteria *Contagiosa* esse
 “ videbatur.”

Quod ad meam ipsius attinet experientiam, ne unum quidem memini exemplum, in Nosocomiis Brasiliæ, Promontorii Bonæ Spei, Bristolii, Jamaicæ, Peninsulæ, Galliæ aut Belgii, quò Medicus, Chirurgus, Dispensator, Ministrator, Curatrix vel Comes Dysenteriam ab Ægro contraxerit; ex pura putissima Dysenteria in stadiis etiam pessimis Contagionem progeneratam nunquam animadverti; in quosdam Ægrotos quibus Dysenteria Chronica Febrisque Typhodes inter sese coiverant, incidere mihi obtigit—unde *Morbus haud dubie Contagiosus*, hunc autem e superinducta Dysenteria Typho exortum clarissime liquebat.

Nosocomii Aer coarctatis referti Ægris, nisi Ventilatione frequentissima instauratus perflatuque renovatus, citissime ab Effluviis Humanis intermistis onerari, unde Contagio generari Typhodes, cui im-

bibendæ Dysenterici promptam facilemque prædispositionem ostentare, pœnam morte, duplici ex Pharetra, sæpissime luturi. Medicinam apud Nosocomia facienti in quosdam Œgrotantes ubi Dysenterici contraxerant Typhi Contagionem; nequaquam autem vel in unum Febricitantem qui Dysenteriam ex alio conceperat, incidere obtigit. Dysenteria et recentes et Chronica Causis Febres Intermittentes ac Remittentes excitantibus obviam euntes tributum suum Epidemicæ Febri regnatrici sæpius persoluturæ.

Quamplurima cadavera, quæ Dysenteria Chronica morti occubuerant, incidentibus ac perscrutantibus Johanne Hennen Nosocomiorum Vice—Inspectore, Chirurgis Bell et Dease, Chirurgis Vicariis Goodrich, Maloney, Hunter, Scott, Divir, Pope, Greaves, Finucane, Armstrong, Smith, M. D. &c. visa apud dissecandum

Phænomena continuo admonebant docebantque cladem quantam stragemque omissus stadio recente Scalpelli Phleboto-
mi liberior usus longe lateque attulisset; Tubi Intestini, Coli præcipue tunicæ Rectique, speciem indiciaque noxæ dam-
nique gravissimi præ se ferebant; Jecur inflammationis insignia antecessoris, aucta admodum mole, plerumque monstrabat; Lien quoque, plerisque in exemplis, quodammodo tumefactus.

Rebus nimirum huc usque deductis, literas a Johanne Hennen Nosocomiorum Vice-Inspectore receptas, hic loci interponere haud mediocriter juvat, quippe quæ non rebus solum gestis fidelissime, verum Phænomenorum etiam enodatione peritissima vimque lucemque Argumento nostro insignissimam, meo quidem iudicio, affuisse videantur.

Bruxellis, x Cal. Oct.' 1815.

“ Care mi Amice,

“ Volentem fieri certiore
 “ quales effectus e novo apud Dysenteriam
 “ Regimine fuerim egomet expertus atque
 “ etiam quæ apud dissecta Cadavera perce-
 “ perim, ad voti tui te comptem reddend-
 “ dum, quatenus memoria valeam, luben-
 “ tissimus memet accingo.

“ 1. Venæsectionem iteratam quamdiu
 “ dolor presso sentiretur Abdomine vel
 “ sanguis floridus facibus commisceretur,
 “ Remedium haud dubie potentissimum
 “ reperi et efficacissimum, cujus sane in
 “ hoc debellando Morbo experimentum
 “ facere mihi contigerit.

“ Ad Febrem demittendam, perspirati-
 “ onem universam conciliandam, inflam-
 “ mationem localem, quam apud omnes
 “ Dysenterias recentes extitisse e dissecti-

“ onibus nostris satis superque compertum
 “ habemus, sublevandam, insigniter ad-
 “ modum præfulgere.

“ 2. Ad missionem sanguinis per Hiru-
 “ dines et Cucurbitulas cruentas topicam,
 “ cum magno Œgrotorum levamine, de-
 “ currebatur.

“ 3. Venæsectionem in omnibus morbi
 “ stadiis, exempla si excipias in quibus in-
 “ flammatio usque ad Ulcerationem prove-
 “ nerat, aut status Viscerum Abdominalium
 “ morbidus Hydropem arcessiverat, cele-
 “ brare haud dubitavi.

“ 4. Eadem ipsa apud Dysenterias
 “ variis variarum Februm Typis seu Con-
 “ tinuarum sive Intermittentium stipatis,
 “ ex sententia pariter omnino successit;
 “ Cujusdam Dysenteria simul et Intermit-
 “ tente laborantis e brachio missus est san-

“guis, ut tuis ipsius verbis utar “ coram
 “ et in ipsum os etiam Intermittentis;”
 “ hæc protinus tergum dare, utrum vero
 “ necne in Febrem Continuam vel Apyrex-
 “ iam absolutam descenderit, meminisse
 “ jam temporis equidem nequeo.

“ 5. In nonnullis Intermittentium ab-
 “ normium exemplis, grassante simul Dy-
 “ senteria, sanguinem mittendum videba-
 “ tur; Venæsectio intermissionem ordina-
 “ tam conciliabat; in aliis præsens (cum
 “ Dysenteria) Tertiana ordinata Venæsec-
 “ tione prorsus fuit ablegata, Typo in le-
 “ nem Febrem Continuam declinante, Ra-
 “ tioni Medendi usitatæ facile conces-
 “ suram.

“ 6. Chirurgis Vicariis Goodrich, Scott
 “ et defuncto Maloney, quatenus periculum
 “ novi Instituti facere valebant, eundem
 “ felicem successum, ac mihimet, experiri
 “ contigit.

“ 7. Ex triginta Cadaveribus a me
 “ dissectis (Ægri Dysenteria Chronica diem
 “ miserrime obierant) omnia inflammati-
 “ onem præcursorem ostentare; Scybala
 “ perraro observari; si quando observata,
 “ *Spasmo aut Constrictione* minimè exoriri;
 “ hujus autem Phænomeni facilem hoc
 “ modo reddi rationem; Intestini nempe
 “ Tunicis prævia inflammatione conden-
 “ satis, latitudinem Canalis pro rata dimi-
 “ nui; verumenimvero fasciis Coli liga-
 “ mentosis haud ita prompte impetui in-
 “ flammationis concedentibus; Tubum ab-
 “ normiter imminui corrugarique; hoc
 “ pacto ingesta secretaque nonnullis in
 “ exemplis intro conclusa in globulos
 “ conformari orbiculatos.

“ Culleno aliisque Auctoribus Scybala
 “ in Cellulis Coli naturalibus confingi,
 “ iisdemque partem Morbi *essentialem*
 “ constitui videbatur; jam vero, dissectis

“ satis superque liquet cadaveribus, Scybala
 “ partem Morbi *essentialem* haud quaquam
 “ constituere; Dysenteriam Catarrhum
 “ esse Intestinorum inflammatione locali
 “ stipatum; *Spasmmum denique Constricti-*
 “ *onemve*, nisi quatenus supra designatum,
 “ ne flocci quidem, quod ad Dysenteriam
 “ pertineat, faciundos, pro certissimo per-
 “ suasum habemus.

“ 8. Inflammatio tamen internis Tun-
 “ cis minime limitari; externas etiam Tu-
 “ nicas ex æquo affectas, conglutinatas
 “ vidi, fræna inflammatoria protrusa; ef-
 “ fusum Serum; atque apud Cadaver hic
 “ loci postrema hebdomada dissectum, pus
 “ etiam in cavis Abdominis Pelvisque flui-
 “ tans; Ægrotum Dysenteria infestaverat
 “ Pthisis autem de medio abstulit.

“ 9. Viscera Abdominis Glandulosa, Jecur
 “ præsertim Lienque morbum participare,

“ Phænomenaque Inflammationis acutæ
 “ impetûsve sanguinis illuc insignioris,
 “ quam clarissime ostentare.

“ Hinc jecur per omnia Inflammati-
 “ onis stadia a primo Tunicæ Peritone-
 “ alis rubore ad Gangrænam usque pro-
 “ currisse inveniri; Lien vero stadium
 “ purulentum maturè adeo nequaquam
 “ suscipere; qualitate namque ipsius spon-
 “ giosa ansam accumulationi sanguinis
 “ opportunam præbente, adauctui potius
 “ quam suppurationi proclivis fieri.

“ Apud Nosocomia Abrantesensia Lie-
 “ nem *Trilibrem* mihi met quidem ipsi,
 “ Morgagnio autem Lommiove (utri, e
 “ memoria sane excidit) *tredecilibrem*
 “ dissecare obtigit.

“ Quod ad plenam, liberam maturam-
 “ que *Scalpelli Opiferi* celebrationem me-

“ met contulerim,—quod conspectus Dy-
 “ senteriae *supra Scholarum Librorumque*
 “ *disciplinam* mihi profecto affulserit,
 “ tuum est, cui x x x = et pro cujus suc-
 “ cessu et felicitate omnibus numeris abso-
 “ luti hanc Epistolam clausurus studium
 “ suave suum vota que optima eloquendi
 “ præsentem occasionem libentissimus
 “ arripit

Amicus tuus Alumnusque,
 JOHANNES HENNEN,
Nosocom^m Vice-Inspector.

Edm. Sig. Somers, M.D.
 Copiar^m. Peninsularium
 Medico Primario, &c. salutem.”

Venia ab amico meo Itinerumque apud
 Peninsulam Medicinalium Socio Jacobo
 Dease indepta, chirurgo inter peritissimos
 æstimando miroque insuper prædito
 Phænomenis indagandis acumine, quæ se-
 quuntur, e plurimis similibus jam pridem
 male amissis, inserere liceat.

“ Thomas Clarke, Miles tricesimæ Le-
 “ gionis Gregarius, annos natus viginti
 “ octo, sexto Decem^r die, anno 1812, in
 “ Nosocomium Abrantesense admitteba-
 “ tur; summis Dysenteriae premebatur
 “ angustiis; discruciabant continua cum
 “ Tenesmo tormina; alvi dejectiones max-
 “ ima ex parte mucosæ, sanguineæ; pulsus
 “ plenus, frequens; cutis calida, arida;
 “ lingua sordida, fusca; ne longum faciam,
 “ omnibus iis symptomatibus Febrem de-
 “ pingentibus laborabat.

“ Ratio Medendi: Mittebatur e brachio
 “ sanguis ad ʒxvi et habebat Pulveris
 “ Ipecacuanhæ Compositi (Pulv. Doveri)
 “ grana decem repetendo dosin singulis ho-
 “ ris per tres vices; sumebat vesperi Magne-
 “ siæ Sulphatis (Sal. Glaub.) ʒiij, super-
 “ bibendo interea tenue affatim jusculum;
 “ crastino die pulsus magnopere melius
 “ se habebat, lingua expurgata, dejec-

* tiones multum imminutæ, tormina ad-
 “ modum sublevata. Repetebatur Pulvis
 “ Doveri ut antea; Vesperi, longe melius se
 “ habebat, presso Abdomine paululum
 “ nonnisi percipiebat doloris; dejectionum
 “ alvi numerus valde imminutus. Repe-
 “ tebatur Magnesiz Sulphas et hora
 “ somni habebat Haustum Anodynum.
 “ Postridie convalescebat; præsidii nihil,
 “ Haustum hora somni Anodynum si ex-
 “ cipias; die sequenti magis magisque
 “ proficiebat dieque undecimo Decembris
 “ e Nosocomio prorsus ablegatus est.

“ Samuel Lawrence, Manipularis eodem
 “ die in idem Nosocomium admittebatur,
 “ apud Peninsulam per menses octodecim
 “ versatus; symptomata Febrilia crudes-
 “ cebant magis quam apud Clarke, nausea
 “ præsertim urgebat; quoad cætera nul-
 “ lum quasi inerat Phænomena inter dis-
 “ crimen; annos natus triginta; pleno

“ corporis habitu; ad Scalpillum Phle-
 “ botomum, sententia e symptomatibus
 “ cooptata, confugere illico obfirmatum
 “ est. Ratio Medendi: Instituebatur Ve-
 “ næsectio ad ζ xvj; habebat Pulverem
 “ Doveri prout Clarke; Magnesiæ Sul-
 “ phatis z iiij vesperi. Crastino mane
 “ eodem prope laborabat Morbi gradu,
 “ nocte etiam Dysenterię supervenerat
 “ Paroxysmus Febris Intermittentis; re-
 “ bus ita sese habentibus, gradum (præter
 “ Magnesiæ Sulphatis exhibitionem) sus-
 “ tinebam meum, placebatque ejusdem
 “ certiolem facere Doctorem Somers,
 “ Medicum Primarium, cujus sub tegmine
 “ posset mea Praxis recubare; illius opinio
 “ usu longo et exercitatione adeo fuerat
 “ confirmata ut Intermittentis præsentia
 “ apud Dysenteriam recentem quin san-
 “ guinem mitteret vix ac ne vix quidem
 “ foret, se judice, obstatura; reduce ad
 “ Nosocomium, iteraretur Venæsectio et

“ Pulvis Doveri, præscriptum; Vesperi,
 “ Magnesiæ Sulphas et hora somni Haus-
 “ tus Anodynus. Postridie symptomata
 “ Dysenterica admodum sublevata, Febris
 “ multum diminuta, habebat *Haustum
 “ Prophylacticum; Vesperi, Bolum ex
 “ *HydrargyriSubmuriati gr. iij, cum Opii
 “ semigrano; hora somni Haustus Ano-
 “ dynus. Mane sequenti longe melius se-
 “ sentiebat, alvi dejectiones nocte solum-
 “ modo duæ, Tormina, tenesmus quasi
 “ nihili faciunda, et quod non paululum
 “ mirabar, haud quaquam reversus fuerat
 “ Intermittentis Paroxysmus; repetebatur
 “ Magnesiæ Sulphas et hora somni Haus-
 “ tus Anodynus. Crastino die; noctem
 “ peregerat tranquillam, alvi que dejec-
 “ tiones pauculæ duræ et parculæ; In-
 “ termittens tergum omnino dederat;
 “ genæ paululo ruboris suffusæ, pulsus
 “ plenus sed mollis (regimen fuerat ab

* Appendicem.

“ initio rite antiphlogisticum) repeteba-
 “ tur mistura laxativa parvis dosibus
 “ administrata; hora somni Haustus Ano-
 “ dynus. Crastino die convalescebat,
 “ diæta plenior, ʒʒ Cinchonæ pulveris
 “ ter quaterve in die; duodecimo De-
 “ cembris die gradatim proficiebat, dosis
 “ Cinchonæ augebatur, diæta plena cum
 “ Vini Lusitanici rubri ʒvj; die decimo
 “ tertio exinde magis magisque conva-
 “ lecebat; die decimo quarto e Nosoco-
 “ mio prorsus ablegatus.

Coimbræ, Nosocomio Generali,

Nonis Feb. 1813.

“ Dissectio Cadaveris Georgii Dexter
 “ Gregarii Legionis Tricesimæ qui
 “ Dysenteria per quinque postremos
 “ menses laboraverat; jamdudum vero
 “ levibus identidem Intermittentis Febris
 “ Paroxysmis afficiebatur. Inciso cor-

“ pore atque Abdominis cavitate patefacta,
 “ contracta prorsus et quasi Spinæ arcu
 “ colligata videbantur; Hepar si quid-
 “ libet intererat discriminis, aliquanto
 “ minor reperiatur quam apud viros
 “ staturæ istius pro solito animadverten-
 “ dum, loco autem naturalis sui coloris
 “ Cacaotici, decolor evaserat penitusque
 “ cœruleum; concretionis erat firmioris
 “ quam in alio quovis exemplo obvenire
 “ mihi contigerat; Vesicula Fellea admo-
 “ dum distenta; Ductus Hepaticus nec-
 “ non et Cysticus molis erant haud me-
 “ diocri tactuique flaccidi; liquor Vesi-
 “ cula contentus fere pellucidus atque
 “ viscidam illam et glutinosam speciem
 “ quam in Bile sana videre semper est,
 “ omnino exuerat; hocce Phænomenon,
 “ me quidem iudice, ex resinæ defectu,
 “ quæ in Bilis integræ constitutione par-
 “ tem fert prominentem, exoriri videtur;
 “ Lien quoque eadem ac Hepar ratione

“ minor; idem etiam, qualis in Hepate
 “ naturali sanoque tactus; color ipsius,
 “ cœrulus; Pancreas Glandulæque Mesen-
 “ tericæ speciem ferme naturalem præbe-
 “ bant; Apud Renes autem, intra quos
 “ vestigia graviter morbosa detegenda mi-
 “ nime suspicabar, notæ discidii extraordi-
 “ narii liquido prominebant adeo ut cera
 “ injecti Museoque conservati Anatomico
 “ admiratione haud immerita conspici
 “ possent; ambo Renes magnopere aucti
 “ superficie tuberculata in Lobos plures se-
 “ parabili, unde oculus speciem exquisitam
 “ simul variatamque comprehendere vale-
 “ ret; eorum substantia tangenti Schirrosa,
 “ ita ut dissecta cartilaginem firmitudine
 “ exæquaret, colorem induta ferrugineum;
 “ Ventriculus Minoraque Intestina Inflam-
 “ mationis Chronicæ vestigia præ se fere-
 “ bant manifesta; at Colon tamen vestigiis
 “ magis Ulcerationis pustulas Variolarias
 “ senescentes referentibus insigniebantur;

“ Rectum omnimodis easdem ac Colon
 “ notas morbidas gerebat, nisi quod ipsius
 “ exulcerationes magis aliquanto extende-
 “ bantur atque tunicæ crassiores; haud
 “ mediocriter spes fefellerat reperientem
 “ interiores horum Intestinorum Tunicas
 “ Pure quasi omnino destitutas, ex quibus
 “ cum ulcerum specie collatis, Œgrum e
 “ Dysenteria prope convaluisse, causæ
 “ autem alicui aliæ succubuisse autuma-
 “ bam; atque hæc quidem opinio a Tirone
 “ Inserviente confirmabatur certiozem faci-
 “ ente alvi dejectiones per octo postremos
 “ dies numero ac specie prorsus ordinatas
 “ fuisse. Coli Rectique Cellas totumque
 “ Minorum Intestinorum tractum cortici-
 “ bus Aurantiorum refertos mirabar, quod
 “ quidem concoquendi difficultate mise-
 “ randum Œgroti exitum accelerasse haud
 “ procul est quin credamus. Explorando
 “ certior factus sum Œgrotos, Nosocomio
 “ Franciscano Pomaria inter Aurantiorum

“ collocato, fructum eorum clanculum
 “ introducere solitos.

“ Dissectio Cadaveris Jacobi Finlay
 “ Manipularis, qui per menses quinque
 “ postremos Dysenteria graviter fuerat
 “ affectus. Inciso corpore explorataque
 “ Abdominis cavitate, Viscera Regionis
 “ Epigastricæ quam firmissime simul col-
 “ ligata inveniebantur, diramque Inflam-
 “ mationis stragem longe lateque mon-
 “ strabant; pedetentim attamen incedisse
 “ fuisset necesse, nihil enim Humani per
 “ spatium temporis brevissimum sub tanto
 “ Inflammationis gradu, qualem viscera
 “ tunc monstrabant, existere valeret;
 “ Hepar, Vesicula Fellea, Colon et Ven-
 “ triculus ligamentis fortibus mutuo co-
 “ hærescere; Venter e conspectu
 “ istis adhæsiōibus prorsus occultari;
 “ mole admodum contractus, tunicis mul-
 “ tum condensatis, Octarii vix capax;

“ Omentum æque ac in priore Cadavere,
 “ funditus extinctum ; Colon cum Hepate,
 “ Diaphragmate et Ventriculo fortiter
 “ cohærebat ; Cellulæ ipsius magnopere
 “ distentæ fæcum induratarum vim haud
 “ mediocrem continebant, mediumque
 “ interstitium erat valde contractum adeo
 “ ut vix ac ne vix quidem digituli ingres-
 “ sum admitteret ; Hepar nonnihil adauc-
 “ tum, sanum tamen, videbatur ; dexter
 “ ejusdem Lobus, anteriorem circa mar-
 “ ginem, perinde quasi absorpsione re-
 “ dactus, graviter tabuerat ; Vesicula
 “ Fellea magnopere distenta vim sanæ
 “ continebat Bilis ; Ductus ipsius, simul
 “ ac Hepaticus, admodum distensus, in-
 “ dagatique Ductûs Communis Choledo-
 “ chi duo trientes resinosa quadam mate-
 “ ria, cujus concretio speciesque Aloem
 “ referebant induratum, obstruebantur.
 “ Pancreas omnino evanuerat, Lienque
 “ juglande paululum major ; Intestina

“ Minora admodum distenta, quod prima
 “ quidem facie e flatu provenire mihi
 “ videbatur, Cultello autem dissecta vim
 “ Fæcum lutosarum, fæces in Cellulis
 “ Coli nigras si excipiamus, permagnam
 “ retegebant.

“ Intestina Minora, Coli ad instar,
 “ plures apud portiones magnam dilata-
 “ tionem, in aliis vero partibus obstruc-
 “ tionem ferme absolutam monstrabant;
 “ necnon et plerumque inflammationis
 “ vestigia recentis, Jejunum præsertim
 “ per quatuor pollices, ostentabant; Cæ-
 “ cum Ventriculo multum mole majus
 “ vim fæcum comprehendebat haud me-
 “ diocrem; Rectum minus graviter quam
 “ pro solito laborasse videbatur, speciem
 “ nihilominus inflammationis Chronicæ
 “ præ se haud tenuem ferebat; Coli in-
 “ terna superficies Ulcerationis punctiun-
 “ culis, uonnullis Pus stillantibus, aliis

“ exsiccandis, confertim signabatur; ac-
 “ cumularum sic deinceps fæcum ratio
 “ facillime intelligetur trutinantibus,
 “ Ductum Communem Choledochum
 “ Bili aliquandiu fuisse impervium ideo-
 “ que Intestina stimulo orbata usitato ad
 “ certum torpuisse gradum; Renes integri
 “ reperiabantur; Hepar quoque, substan-
 “ tia intus dissecta, integrum videbatur
 “ muniisque Œconomiam apud Animalem
 “ sibi propriis obeundis idoneum; Bilis
 “ Vesicula Fellea contenta sanam pari-
 “ ter ferebat speciem, magis quam statu
 “ naturali, partibus quippe levioribus
 “ absorptis, glutinosa; hujus etenim li-
 “ quoris exitu per portam obstructo pro-
 “ priam, ad absorptionem, unicum tan-
 “ quam suum distentioni et accumulati-
 “ oni illatis obviam eundi perfugium,
 “ Naturæ decurrendum est.

JACOBUS DEASE,

Copiis Brit. e Chirurgis.

Londⁱ. Cal. Junⁱ, 1816.

“ N.B. Omnia inter exempla ubi Ven-
 “ triculum capacitate diminutum, eadem
 “ semper ratione Lienem comminutum
 “ animadvertere mihi contigit; hocce
 “ Phænomenon e forti vasium utrinque
 “ connectentium ligamento haud dubie
 “ exoritur; hinc comprobari videtur
 “ Lienem Ventriculo inter obeunda Œco-
 “ nomix Animalis munia imprimis inser-
 “ vire; atque hæc ratiocinatio sententiam
 “ Leberi in Opere suo Physiologico asse-
 “ rentis Lienem Diverticuli munere erga
 “ Ventriculum sanguine distentum fungi,
 “ confirmare videretur.”

Edm^o. Sig^o. Somers, M.D.
 Medico Primario, &c. &c. &c.

Omnia quæ ex Cadaveribus dissectis ac
 rite indagatis patefacta sunt, inflamma-
 tionis apud recentiora morbi stadia insig-
 nis præsentiam procul dubio arguere;
 quod si huic ratiocinio successum Venæ-

sectionis semper quasi sibi constantem felicemque subnectamus, anne temeritatis, arrogantiae audaciæve possum jure teneri, sic palam affirmando; *Missionem sanguinis liberam, plenam ac maturam, Ratione simplici præscripta stipatam, Mendendo Dysenteriae Specificum esse grandeque Desideratum?*

Dummodo igitur Regimini Venæsectori æquum, candidum lateque diffusum concedatur periculum, mihi dubium nullum est quin ex sententia omnium omnino eveniat; animo equidem studioque impellor acerrimo tantillulum hocce meum communi Experientiæ Cæsaræ "Medicinæ Pomœria ampliare pro virili satagendo" ingerere, mercedem optimam præmiumque e sincero bene Homīnibus faciendi desiderio ac studio amplissimum, cordi intimo gratissima persensurus.

CLAUSULA.

Vela reducturo paucis Tironem Medicum generaliter admonere liceat.

Pauculae Præscriptorum Formulæ succinctæ remedia inter efficacissima in Praxin suam Nosocomialem seligendæ; paucorum Medicaminum exhibitione idonea Ventriculus liber sarcinæque expers conservari; justi medicamentorum variorum effectus melius clariusque patefieri, optimaque hoc pacto ansa turbulentam apud molestamque Militiæ arenam Præscripta componendi præberi.

In Appendice perpaucae Formulæ, quas in Praxin Nosocomialem affatim sufficere expertus sum, invenientur; simplici sunt facilique constructione, minime sumptuosæ, interea autem tanta efficacia præditæ, qualem magis elaborata sump-

tuariaque medicamina exhibere solent. Curæ sit Dispensatori singularum Formularum in unum saltem diem suppetias jam præparatas præsto semper habere; Medico inter Ægrotos versanti multum eo pacto demetur molestiæ moræque, quoniam illi Formulæ nominatim, variatis, pro re nata, dosibus ac periodis, nonnisi præscribendæ.

His rite animadversis, medicamenta statim quasi adhiberi, Ægrique plures certum intra tempus compellati auxilium recipere debitum.

Morborum Historias in Codicem quam accuratissime retulisse, notatis quotidie per varia symptomatum stadia successione mutationibusque ac variata deinceps Medendi Ratione, operæ erit gratissimæ.

Cadavera quoties et, quam primum efflatam post animam fieri potest, dissecanda curabit, indiciis insignibusque Cultello patefactis, in Codicillo fructum haud sane mediocrem adeuntibus olim impertituro, studiosissime annotatis.

Clinicus ad unguem factus, primo quasi intuitu paucisque Phænomenis rectoribus perpensis, qualia percontari qualia minime oporteat, dicto citius pro comperto habet; quod quidem momenti est nequaquam despiciendi nec pro nihilo reputandi, nam præter notitiam morbi magis directo acquisitam temporisque œconomiam, fidem Œgroti Medicam hic sibi conciliare, ille vero quæstionibus ineptis, inutilibus immunis evadere.

Nostri apprimè Officii est, dummodo expeditione utamur idonea, ne nimis festinanter rem gerere videamur, properatior

enim negligentiorve apud Ægrotantes gestus dolorem detrimentumque pro certo iisdem afferre, quibus non immerito fas est caritatem, benignitatem studiumque omne nihilominus ac peritiam Medici sui opiferam sibi vindicare; interea functis illis piis muneribus haud quaquam ad Ægros restaurandos inanibus, insigniter admodum iisdem profuisse, Medico conscio fieri olimque solamini haud tenui futurum.

Quando Nosocomia quidem Regia auxiliis suppetiisque ad refocillandos sublevandosque Ægros mirum in modum omnibus affatim instrui consuescant, meminisse haud nefas, singulos Dysenteria, Diarrhœa, Rheumatismo, Lue Venerea, affectibus variis Pectoris Viscerumve laborantes, vestimenta lanea per totum corpus in limine induere oportere.

Ordo Distributioque variorum apud Nosocomium Morborum idonei, primum inter considerata locum jure sibi vindicare; immo etiam in his rite observatis præcautisque, successum Practicorum Nosocomialium plus minusve pro rata nunquam non pensurum facile crediderim.

Ventilatio, Fumigatio ac Mundities, quippe quibus opitulantibus Contagioni potenter adeo strenueque obviam itur præcaveturque, nunquam omittendæ, non unquam negligendæ.

Jam vero omnibus hujusmodi solenniter animadversis, atque conditis antea compositisque apud Scholas Nosocomiaque fundaminibus Medicis, ad illa gravia fungenda munera Tiro recta valet conscientia pergere, munera, quæ suum ipsi arbitrium imposuerat, quæque Officium debitum Regem erga Patriamque imperios-

issime ab illo postulat; interea temporis operam eo usque est impensurus ut sublime illud illius Oratoris Oratorum Romanorum facile principis, *Attributum*, dulce scilicet illustrissimumque felicitum laborum præmium participandi haud indignus videatur.—

“ Nulla enim re Homines ad Deos propius

“ accedunt quam salutem Hominibus dando.”

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

APPENDIX.

PHARMACOPOEIA COMPTONDIARUM

in usum Aethiopiæ, Nubiae, et Soudan.

Nomen M. Compendii. Nomen N. Compendii.
Sed. Sed. Sed. Sed.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

ATTACHED

MANUSCRIPT OF THE

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

APPENDIX.

PHARMACOPŒIA COMPENDIARIA

In usum *Nosocomiorum Militarium* concinnata.

Nomina Medicamentorum
sec^m. Pharm^m.
nov^m. Lond^m.

Eorundem Nomina
Antiquiora.

1. *Mistura Emetica.*

℞ Aq. puræ f. ℥iij
Antim Tart gr iv
Vin Ipecac. f. ℥ss
M.

℞ Aq puræ ℥iij
Tartar Emet gr iv
Vin Ipecac ℥ss
M.

2. *Mistura Cretacea.*

℞ Aq puræ f. ℥vij
Cretæ præpar 3j
Gum Acac pulv 3ij
Pulv Cretæ comp ʒij
Spir Lavand f. ℥ss
M. dosis, coch j sing
horis.

℞ Aq puræ ℥vij
Cretæ præpar 3j
Gum Arab pulv 3ij
Pulve creta comp ʒij
Spir Lavend comp ℥ss
M.

3. *Mistura Arabica.*

℞ Aq puræ f. ℥viij
 Gum Acac pulv ℥iſſ
 Tinct Opii m xx
 M. dosis coch j sing
 horis.

℞ Aq puræ ℥viij
 Gum Arab pulv ℥iſſ
 Laudan Liquidi
 gutt xxv
 M.

4. *Decoctum Cardi-
acum.*

℞ Rad Calumb pulv.
 ℥iſſ
 Balsam Tolutan ʒj
 coque per horam in aq
 pur q. s. ita ut col^r.
 f. ℥viij
 adde
 Confect Arom ℥iſſ
 Spir Lavand f. ℥ſſ
 M. dosis coch j secund
 horis

℞ ———
 ———
 ———
 adde
 Confect Cardiac ℥iſſ
 Spir Lavend comp ℥ſſ
 M. ———

5. *Solutio Laxativa.*

℞ Magnes Sulph ℥ſſ
 Fruct Tamarind ℥ij
 Decoct Hordei f. ℥ij
 M. Brevibus sum^r. in-
 tervallis

℞ Sal Glauber ℥ſſ
 Pulpæ Tamarind ℥ij
 Aq Hordeat ℥ij
 ———

6. *Haustus Anodynus*

R̄ Aq. puræ f. ʒj
 Tinct. Opii m xxx
 Spir Lavand f. ʒj
 M

R̄ Aq puræ ʒj
 Laud Liquid gutt 40
 Spir Lav. comp ʒj
 M.

7. *Haustus Tonicus.*

R̄ Infus Cinchon f. ʒj
 Cinchon lanc sub
 pulv ʒiv
 Tinct Cinch comp
 f. ʒij
 M.

R̄ Infus Cort peruv ʒj
 Pulv Cort peruv ʒiv
 Tinct Cort peruv
 Hux ʒij
 M.

8. *Haustus Propylacticus.*

R̄ Liq Ammon Acet f. ʒiʒ
 Tinct Opii m 50
 Spir Æther Sulph. ʒj
 Spir Lavand m xxx
 M.

R̄ Spir Mindereri ʒiʒ
 Laud Liquid gutt 60
 Liq Anod Min
 Hoffm gutt 40
 Spir Lavend comp
 gutt 30
 M.

9. *Bolus Mercurialis*

℞ Hydrarg Submur
 gr iij
 Sapon Duri gr. ij
 Pulv Antim
 Opii puriss \overline{aa} gr j
 Mucil Acac q. s. f.
 bolus

℞ Merc dule sex^s
 subl gr iij
 Sapon Castil gr ij
 Pulv antim mit
 Extr Thebaic \overline{aa} gr j
 Muc g. Arab q s. f.
 bolus

10. *Bolus Ammoni-
 atus.*

℞ Ammon Subcarb
 pulv gr v
 Confect Aromat gr x
 Opiat gr v
 M.

℞ Sal vol Ammon
 pulv gr. v
 Confect Cardiac gr xv
 Laud Liquid gutt v
 M

11. *Bolus e Kino.*

℞ Gum Kino pulv.
 gr xv
 Confect Arom gr xx
 Spir Lavand m xx
 M.

℞ Gum Kino pulv gr xv
 Confect Cardiac gr xx
 Spir Lav comp
 gutt xx
 M.

12. *Pilulæ Cathartice.*

R̄ Extr Colocynth
 comp gr viij
 Hydrargyr Sub-
 mur gr ij
 Pulv Antim
 Sapon duri ^{aa} gr j
 Spir Lavand q. f. pil
 tres in dosin

R̄ Extract Cathart
 gr viij
 Merc dule sex
 sub gr ij
 Pulv Antim mit
 Sapon Castil ^{aa} gr j
 Spir Lav comp q s.
 ut f. pil iij

13. *Pilulæ Guaiacineæ*

R̄ Guaiac resin pulv ʒij
 Pulv Antim gr v
 Sapon duri gr vj
 Spir Lavand q s. ut
 f. pil 36 dosis iv ter
 quotidie.

R̄ Gum Guaiac
 pulv ʒij
 Pulv Antim mit gr v
 Sapon Castil gr ij
 Spir Lav comp q s.
 ut f. pil 36

14. *Pilulæ Scilliticæ.*

R̄ Scill rad sicc
 pulv gr. vj
 Pulv Cinnam
 comp gr. ij
 Hydrarg Sub-
 mur gr iʒ
 Opii puriss gr j
 Spir Lavand q. s. f.
 pil iij in dosin

R̄ Scill rad sicc
 pulv gr vj
 Pulv Aromat gr ij
 Merc dule S. S. gr iʒ
 Extract Thebaic gr j
 Spir Lav comp q. s.
 f. pil tres in dosin

15. *Enema Amylo-*
sum.

—
 ℞ Juscul Bovin f. ℥xii
 Amyli ℥ss
 Tinct Opii m xxx
 M.

—
 ℞ —
 —
 Laud Liq gutt 40
 M.

16. *Mistura Catechu*

—
 ℞ Infus Catechu f. ℥vij
 Tinct. Cinch comp
 f. ℥j
 M. dosis coch ij quartis
 horis.

—
 ℞ Infus Terræ Japon
 ℥vij
 Tinct Cort Per Huxh
 ℥j
 M. —

17. *Mistura Cincho-*
næ.

—
 ℞ Infus Cinchon f. ℥vij
 Tinct Cinch comp
 f. ℥j
 M. dosis eadem.

—
 ℞ Infus Cort Per ℥vij
 Tinct Cort Per Huxh
 ℥j
 M. —

18. *Mistura Calumbæ.*

R̄ Infus Calumb f. ʒviij
 Tinct Calumb f. ʒj
 M. dosis eadem.

R̄ Infus Colomb ʒviij
 Tinct Columb ʒi
 M. —

19. *Mistura Gentianæ*

R̄ Infus Gent comp
 f. ʒviij
 Tinct Cinch comp
 f. ʒi
 Vin Ferri m xxx
 M. dosis eadem.

R̄ Infus Gent comp
 ʒviij
 Tinct Cort Per Huxh
 ʒj
 Vin Ferri gutt 30
 M. —

20. *Mistura Quassiaæ.*

R̄ Infus Quassiaæ f. ʒviij
 Tinct Cinch comp
 f. ʒi
 M. dosis eadem

R̄ ———
 Tinct Cort Per Huxh
 ʒj
 M.

21. *Tinctura Chalybeata.*

℞ Succ Aurant Sevil
 recent f. ℥ij
 Clavor ferreor nov ℥iv
 stent per triduum frigide
 simul infusi in Olla fer-
 rea, contentis interim
 sæpius agitatis, liquo-
 rem clarum defunde
 dein adde

Tinct Cinch comp
 f. ℥iv

Spir Lavand f. ℥j

M. Dosis f. ℥j vel coch
 ij. quater in dies

℞ —

Tinct Cort Per Hux
 ℥iv

Spir Lav comp ℥j

22. *Gas Nitricum*

Dris. Carm. | Smyth.

℞ Nitri puri pulv
 Acidi Sulphurici aa

℥

Misceantur simul in
 vase vitreo apud arenam
 tepidam collocato. In-
 ter fumigandum sint
 clausæ Nosocomii Por-
 tæ.

FINIS.



